Exultabo in saluta
ri tuo: infixe sunt gentes
in interitu quem fecerunt.
In laqueo isto quem
absconderunt: com
prehensus est pes eorum.
Cognoscetur dominus
iudicia faciens: in
operibus manuum suarum
comprehensus est peccator.
Convertantur peccatores
in infernum: omnes gen
tes que obliviscuntur
deum. Quoniam non in finem
oblivio erit pauperis:
paciencia pauperum non
peribit in finem. Ex
urge domine non confortetur
homo: iudicentur gentes
in conspectu tuo. Con
stitue domine legislato
rem super eos: sciant
gentes quoniam homines sunt.

Ut quid domine recessi
sti longe: despicis in
opportunitatibus in tri
bulacione. Dum super
bit impius incenditur
pauper: comprehenduntur
in consiliis quibus cogi
tant. Quoniam laudatur
peccator in desideriis anime
sue: et iniquus benedicitur.
Exacerbavit do
minum peccator: secundum
multitudinem ire sue
non queret. Non est deus
in conspectu eius: in
quinate sunt vie illius
in omni tempore. Auferun
tur iudicia tua a facie
eius: omnium inimicorum
suorum dominabitur.
Dixit enim in corde suo
non movebor a genera
cione in generacionem